

videas. Item concludit etiam ibi, quod illi cum quo dispensatur per Papam circa pluralitatem beneficiorum, utilitate publica non suadente, quod non sit tutus quoad Deum: si Papa dispenset sine cognitione cause, non habens intuitum rationis, et boni universi, et cause propter quam dispensat, quæ causa in beneficiis potest esse triplex: necessitas, utilitas, evidens prerogativa meritorum, cap. *multa* et cap. *exposuisti, de præbend.* quibus cessantibus, ut quia dispensans sola voluntate movetur, non habens intuitum ad aliquid prædictorum, non meretur dispensatio, sed dissipatio, et idem est de mente S. Thom. *quodlibeto* 9. quæst. 7. Si tamen deformitates prædictæ, quæ sequuntur ex pluralitate beneficiorum, ex circumstantiis possent totaliter evacuari, aliud esset; veluti si in pluribus ecclesiis eius obsequium sit necessarium, et possit plus vel tantumdem servire absens, ut alius præsens; et huiusmodi confert, quod Beatus Bernardus scribit in Epistol. ad Theobaldum Abbatem, cum dicit; honores et dignitates ecclesiasticas non igoero deberi his, qui eas dignè secundum Deum administrare, et velint et possint, neque cuiquam plures in pluribus ecclesiis habere licet, nisi dispensatione quidem ob magnam, vel ecclesiæ utilitatem, vel personæ necessitatem, non propriam, sed communem. Advertant hæc multum habentes plura beneficia, et dato quod habeat dispensationem super pluralitate beneficiorum, videant, si dispensationem habere poterunt super perpetratione prædictorum malorum ex tali pluralitate provenientium. Pauperum namque necessitatibus subtrahitur, quidquid divitum vanitatibus accedit, et multitudo servorum multitudinem pauperum facit; plura beneficia habentibus paratur vagandi et delinquendi materia; divinus cultus, et hospitalitas in ipsis beneficiis minuitur, ecclesiarum commodis et honori detrahitur, quæ per hoc in spiritualibus et temporalibus multipliciter collabuntur, et interdum unus ad unum etiam beneficium minus idoneus plura occupat, et qui unicum, quamvis modicum, vix officium implere sufficeret, plurimorum stipendia sibi vendicat; quæ quidem mala, ut Ludolphus Cartusienensis tradit 1. part. in cap. 68. tanta sunt, quod sola ad damnationem sufficiunt, et reum in infernum detrudere possunt: istos secundum Bernard. supra montem excelsum valde diabolus ducit, quibus etiam omnia regna mundi, et eorum gloriam ostendit, et ostensa, et precipientes eum adorant, dare promittit; et reverè postquam avaritiæ suæ consulendo multa beneficia adepti sunt, eum adorant, et post eum in tenebris demerguntur: et refert Ludolphus Cartusien. ubi supra, qualiter Guilliel. Parisiensis Episcopus, in Theologia regens, convocacionem fecerit magistrorum, et proposita questione de pluralitate beneficiorum, solerti et longa disputatione probatum est duo beneficia, dummodò unum quindecim libras Parisienses valeret, ab uno teneri cum salute non posse, et quod hoc determinavit prædictus Episcopus, et alii magistri Theologi similiter determinaverunt, exceptis magistro Philippe, Parisiensi Cancellario, et magistro Arnaldo, postmodum Ambiensis Episcopo, ibique refert, quod prædicto Philippo agonizante in morte Guillielmus Episcopus eum visitavit, rogans, ut singulari opinioni de pluralitate beneficiorum cederet, et omnia beneficia sua uno excepto in manus ecclesiæ resignaret, qui renuit dicens, se velle expirari, utrum esset damnabile plura beneficia ab uno teneri, qui mortuus est, et post paucos dies dicto Episcopo Parisiensi apparuit in tetra et miserabili forma, dicens inter cætera propter pluralitatem beneficiorum esse damnatum; ubi etiam tradit et alia, quæ poteris ibi videre, et tandem concludit dicens: quis ergo erit sapiens, qui se fallat, et tanto discrimini committat? Esto, quod multi dicant hoc, et multi alii in contrarium opinentur; hoc solum tamen mortale ab Augustino, Doctorum maximo, iudicatur, cum quis incertitudinis periculo, aut mortalis peccati discrimini, se committit.

(6) *Como Prestamo.* Id est, in commendam, ut in cap. *qui plures*, 21. quæst. 1. Gloss. in cap. *sanctorum*, 70. dist. et quæ dicantur propriè præstimoniam, et quot sint beneficia ecclesiastica, vide per Oldr. consil. 81. et consil. 141.

(7) *Otro, tal.* Ortum habet à cap. *nonnulli, de cleric. non resid.* et à cap. *de multa, de præbend.* et cap. *litteras, de concess. præbend.* et vide hodiè in Extravaganti *execrabilis*, Joan. 22.

(8) *De servirle.* Ut quia habet curam animarum, vel aliàs requirebat residentiam. Et nota, quod si habens primum beneficium simplex acceptaret aliud curatum, non vacat ipso iure primum simplex, licet requireret residentiam, sed debet eo privari, vel dari sibi electio, quod vult, secundum Abb. in cap. *fin. de cleric. non resid.* et

in dict. cap. *de multa, de præbend.* et in cap. *cum in cunctis*, §. 1. *de elect.*

(9) *Toller.* Nota ad id, quod dixi supra in gloss. proxima. Si tamen habens primò beneficium curatum vel personatum, recipiat secundò aliud tale, tunc ipso iure vacat primum, in dict. cap. *de multa*, et subditur hic.

(10) *Vaca el primero.* Adde dict. cap. *de multa*, unde hoc sumptum est, et quæ sequuntur: et quid si secundum beneficium non compatibile cum primo evincatur, an possit habere recursum ad suum primum beneficium? Poteris respondere ex his, quæ notat Abb. in simili in cap. *qualiter, de elect. vers. quid autem si electus.* Item an dispositio dicti cap. *de multa* procedat in Episcopatibus, Cardinalatibus, et similibus, vide Abb. in cap. *bonæ*, el 1. 3. notabil. *de postul. Prælat.* dicit, quod plerique consulerunt, quod cap. *de multa* non habet locum in Episcopatibus, Cardinalatibus, et quod novissimis temporibus servatum est, quod Episcopus promotus in Cardinale non perdit ipso iure Episcopatum, imò retinet illum titulum, ut prius nisi Papa aliter disponat; dicit tamen ipse, quod quoad mentem et in istis videtur militare mens dicti cap. dicit etiam Joan. Andr. in regul. *quod ob gratiam, in mercur. de regul. jur.* lib. 6. post Joan. Monach. quod si Papa transtulit Prælatum absentem ad majorem ecclesiam propter meritum personæ, non videtur prima ecclesia vacare à tempore promotionis factæ per Papam, sed à tempore, quo consentit translationi: secus ubi Papa principaliter translationem illam fecisset ad utilitatem, seu necessitatem ecclesiæ, quia tunc incipit prima vacare à tempore promotionis: quod verbum dicit notabile Abb. in cap. *cum nobis, de elect.* 9. notab.

(11) *Otro Perlado.* Approbat communem opinionem, quod indistinctè in omnibus dignitatibus, personatibus, et curatis solus Papa dispenset in pluralitate, quam tenet Glossa in cap. *non potest, de præbend.* lib. 6. et in cap. 1. *de offic. ordin.* lib. 6. et cap. 1. *de consuetud.* eod. lib. quod tamen stante necessitate vel utilitate ecclesiarum Episcopus posset, tenet Abb. post Gloss. in dict. cap. *de multa*, et latius in repetitione cap. *extirpanda*, §. *qui verò*, 18. colum. eod. tit.

LEY IV.—Quales cosas son, porque el Clerigo puede auer dos Iglesias.

Vn Clerigo non puede auer dos Iglesias nin dos Personajes (1) sin otorgamiento del Papa, segun dize en la ley ante desta. Pero cosas y a, porque podria ser: e estas son cinco (2). La primera es, quando la Iglesia es tan pobre (3), que non podria vn Clerigo beuir de la renta de qualquier dellas. La segunda es, quando una Iglesia esta so poder de otra (4): ca el que es Perlado de la mayor, tambien es de la menor, e puede poner Clerigo en ella de su mano, que la sirua. La tercera es quando alguna Iglesia Parrochal es ayuntada (5) a alguna Dignidad o Personaje; ca estonce qualquier destas aura la Iglesia, e porna en ella Vicario, que sirua por el; e este ha de auer las rentas della, e el seruire en la otra, donde fuere la Dignidad, o el Personaje que ouiere, ca non podria por si seruir dos Iglesias; pero este Vicario non lo ha y de poner a menos del mandado de su Obispo. La quarta es, quando los Clerigos son pocos (6), e non pueden auer para cada vno su Clerigo; e esto se entiende de las Iglesias, que son fuera de las Ciudades (7), porque no son tan abundadas, nin han los Clerigos rentas dellas, de que buian, como los otros de las Ciudades, o de las Villas grandes. Ca quinta razon es, que puede auer una Iglesia señaladamente, e otra sin aquella, si gela encomendare (8) el Obispo del logar. Pero estonce non sera Perlado de aquel logar, que toviere encomendado, mas como Mayordomo: e puedela el Obispo toller quando quisiere (9), e darla a otro. Mas quando el Obispo quisiere dar en encomienda a algun

Clerigo alguna Iglesia, deuelo fazer por alguna razon derecha (10) e muy guisada; e esto seria como si non fallasse Clerigo para ella, que fuesse conueniente, o por otra razon, que fuesse semejante desta. Ca si los Obispos de otra guisa las pudiessen encomendar, podria ser que las darian a parientes, ante que a otros, como en encomienda, pues que viessen que non gela podrian dar de otra manera: e farian engaño en ello, porque se menoscabaria el derecho de las Iglesias, que deuen auer cada vna su Perlado conocido, que la sirua, e non otro que la tenga en encomienda.

LEY IV.—Ponit quinque casus, in quibus unus potest etiam sine dispensatione Papæ habere plura beneficia: primus, quando ecclesiæ sunt pauperrimæ, ita quod una non sufficiat uni: secundus, quando una ecclesia subiacet alteri, et tunc Prælati majoris ponit presbyterum in minori: tertius, quando una ecclesia est alteri annexa, et tunc deservietur minori per Vicarium auctoritate Episcopi: quartus, propter clericorum penuriam: quintus, per modum commendæ: non tamen debet Episcopus sine justa causa commendare beneficium; et sic commendatum potest, quandocumque voluerit, auferre. Hoc dicit.

(1) *Personajes.* Quid sit personatus, vide Abb. in dict. cap. *de multa de præbend.* colum. penult.

(2) *Cinco.* Vide de istis per Gloss. 21. quæst. 1. in summ.

(3) *Tan pobre.* Adde cap. *unio*, 10. quæst. 3.

(4) *So poder de otra.* Adde cap. *eam te, de etate et qualitate.*

(5) *Ayuntada.* Adde cap. *extirpanda*, §. *quia vero, de præbend.* et cap. *super eo*, eod. tit. lib. 6.

(6) *Pocos.* Adde cap. 1. 21. quæst. 1. et intellige nisi reperiantur extranei habiles, qui ibi intitulentur, secundum Joan. de Lign. in Clement. *gratia, de rescrip.*

(7) *Fuera de las Ciudades.* Idem esset intra civitatem, si esset paucitas clericorum, secundum Hostiens. in cap. *grave nimis, de præbend.*

(8) *Encomendare.* Adde cap. *qui plures*, 21. quæst. 1. et ibi notata, et cap. *dudum*, el 2. *de elect. cap. nemo deinceps, de elect.* lib. 6. et ibi quanto tempore duret.

(9) *Quando quisiere.* Glossa dicit contrarium in cap. *nemo deinceps, de elect.* lib. 6. in gloss. magna, vers. *sed quæro, an per ordinarium.* Vide Ludov. Roman. consil. 350. incipit, *in casu propositæ consultationis*, ubi colum. 1. distinguit, quod, aut commenda fit in ipsius ecclesiæ utilitatem, et tunc commendatarius potest quandocumque amoveri, et conferri tanquam vacans; aut fit ad utilitatem ipsius commendatarii, prout est in usu hodierno, et tunc non dicitur vacare quatenus durat ipsius commendatarii utilitas, neque debet sine causa dari alteri; quæ fortè haberent locum, quando daretur commenda non habenti aiam ecclesiam seu beneficium, nam si alias habenti daretur, videtur quod ad nutum Episcopi sit revocabilis, ut hic dicitur: et quia tunc non favore commendatarii, sed favore ecclesiæ fieri videtur.

(10) *Razon derecha.* Adde cap. *nemo deinceps, de elect.* lib. 6.

LEY V.—En que manera deuen dar los Perlados los Beneficios de Santa Iglesia a los Clerigos (a).

Enteramente e sin menoscabo (1) deuen dar los Perlados las Dignidades, e los Personajes, e los Beneficios, todos de Santa Iglesia, a los Clerigos a quien los dieren. E non les deuen quitar ninguna cosa de sus derechos, nin de las cosas que les pertenescen; y assi como non deuen dar Personajes a dos, para que lo partan (2); otrosi non deuen dar a dos vna Calongia, o una Racion, que partan las rentas della, o que vno la tome, e que el otro espere fasta que vaque otra. Pero a las vezes podria de vna Racion que vacasse (3), fazer dos, si fuesse tal de que pudiessen ambos los Clerigos buir en buena guisa. Esto pueden fazer, non auiedo cuenta

cierta en la Iglesia de Canonigos, o de Racioneros, que ouiessem jurado (4) que non fuessen mas; ca estonce non lo pueden fazer sin otorgamiento del Papa, e si lo fiziessen, caerian en perjuro (5). E como quier que es dicho de suso, que los Beneficios deuen ser dados, non quitando, nin menguando ninguna cosa de las rentas dellos; pero si el Perlado con su Cabildo estableciesen de tomar las rentas de algun Beneficio, que vacasse de su Iglesia, para meterlas en alguna cosa conueniente, que fuesse menester a pro de la Iglesia, bien lo puede fazer (6), e tomarlas fasta algun tiempo cierto; pero esto se entiende, ante que lo ouiessem dado: e maguer que esto puede el Perlado fazer en su Iglesia, non se entiende que aya esse poderio en todos los otros Beneficios (7), que vacassen en su Obispado, fueras ende si el Papa gelo otorgasse.

(a) Tit. 16, lib. 1 de la N. R.

LEY V.—Beneficium ecclesiasticum debet sine diminutione conferri, et non debet dividi inter plures, neque ante vacationem potest promitti vel conferri; ex causa tamen si redditus sufficientem, possunt de una portione vacante fieri duæ, nisi certus numerus sit in ecclesia taxatus, et juratum de non augmentando, tunc enim non potest fieri sine licentia Papæ. Item pro ecclesiæ suæ utilitate potest Episcopus, et Capitulum redditus alienius beneficii in ecclesia sua vacantis deputare ad tempus certo usui; in aliis verò ecclesiis diocæsis non possunt sine Papæ concessionem. Hoc dicit.

(1) *Sin menoscabo.* Adde cap. *unic. ut eccles. beneficia sine dimin. confer.*

(2) *Partan.* Adde cap. *majoribus, de præbend.* et cap. *tua*, et ibi Gloss. eod. tit.

(3) *Que vacasse.* Adde cap. *vacante*, eod. tit.

(4) *Jurado.* Adde cap. *dilecto*, eod. tit. undè hoc sumptum est.

(5) *En perjuro.* Actus tamen teneret, secundum communem doctrinam Doctor. in dict. cap. *dilecto*.

(6) *Bien lo puede fazer.* Ut habetur in dict. cap. *unic. ad fin. ut eccles. benef. sine domin. confer.* et ibi notat Abb. 14. notabil. adde Hostiens. ibidem in summ. in verbo *est autem regula*, ad fin. colum. ibi, *quamvis autem beneficia*, ubi exemplificat, quæ sit justa causa, ut hoc possit fieri, revelatio scilicet oneris debitorum. cap. *tua, de verb. signific.* expensæ nimis graves et intolerabiles imminentes, puta, propter guerram pro iure ecclesiæ tuendo ortam, propter emptionem magnam quam facit, pro fabrica, ecclesia nimis sumptuosa, et aliis similibus: an autem pro debitis ipsius Prælati posset hoc facere? Gloss. in dict. cap. *unic. vult*, quod sic, et etiam in dict. cap. *si propter tua debita*, in verbo *concedimus, de rescrip.* lib. 6. quas Abb. in dict. cap. *unic. in gloss. fin. intelligit et limitat*, quando debita fuerunt nomine ecclesiæ, seu pro ejus necessitate contracta; et adhuc videtur, quod et tunc non possit et Episcopus auctorizare in causa propria, ut in Clement. 2. *de reb. eccles. non alienand.* undè tutius est recurrere tunc ad Papam: vide latè per Joan. Imol. et Abb. in dict. cap. *unic. super gloss. fin.*

(7) *En todos los otros beneficios.* Gofredi dictum fuit hoc, per textum in cap. *tua, de verbo signific.* et tradit Gloss. in cap. *si propter tua debita*, in verbo *concedimus, de rescrip.* lib. 6. Hostiens. tamen in summ. *ut eccles. benef. vers. est autem regula*, ad fin. vult, quod ex ea ratione, qua potest facere de uno, ex causa eadem potest de duobus et de tribus, et pluribus ex causa, argum. cap. *tua, de consang. et affin. et C. de dilation.* l. 1. et ex aliis iuribus, quæ ibi allegat: et idem vult Joan. Andr. dicens se consuluisset valere statum factum per Episcopum et Capitulum de certa parte fructuum primi anni beneficiorum vacantium in diocæsi conferenda ad fabricam ecclesiæ Cathedralis, dummodò necessitas fabricæ faciendæ vel reparandæ hoc requirat, et pars deputata fabricæ non sufficiat, neque Episcopo et Capitulo, ponderato ipsorum statu, superest, quod sufficere possit ad fabricam sumptuosam; de quo et vide per Domin. ibi, et dixi supra tit. 10. in l. 11. et certè, quando fieret pro utilitate et necessitate ecclesiæ Cathedralis, cui decet, ut omnes ecclesiæ in-

feriores subveniant: videtur quòd ad metam necessitatis posset Episcopus cum Capitulo statuere, necdum circa fructus unius beneficii, verum etiam plurimorum; tutius tamen erit attendi ista lege, et opinione Gofredi, ad Papam recurrere, quando ultra fructus unius beneficii vacantis hoc statueretur.

LEY VI.—Que los beneficios de Santa Iglesia non deuen ser dados con condicion.

Condicion nin postura ninguna, non deve fazer el Perlado, con aquel a quien diere (1) Personaje, o Beneficio, de Iglesia; mas de llano gelo deve dar, sin entredicho ninguno. Ca en dar las cosas espirituales, e en rescebir las, non deve auer niuguna cosa destas sobredichas. Pero si vacando algun Beneficio, el Cabildo con su Perlado estableciessen (2), que a qualquier que lo diessen, fuesse tenuto de fazer algun Oficio señaladamente, assi como dezir Missa cada dia de Santa Maria, o de otro Santo, o otra cosa semejante desta; tal postura como esta bien la pueden fazer, porque non la fazen con ninguno, mas ponen tal encargamiento sobre aquel Beneficio, que qualquier que le tome, sea tenuto de complirlo. E aun podria fazer condicion, o postura, con aquel a quien diessen el Beneficio, en tal manera, que maguer non fuesse nombrada la condicion, quando gelo diessen, que se entendiesse y, que fuesse tenuto de lo cumplir, aquel que lo rescibiesse; o si fuesse condicion espiritual. E esto seria como si dixesse el Perlado: Damoste este Beneficio, si te ordenares (3), e que siruas la Iglesia. E en qualquier destas maneras sobredichas, que dize en esta ley, que fuesse dado el Beneficio, non auria mala estança ninguna. Otrosi seria, si algun ome fiziesse Capilla en alguna Iglesia, con otorgamiento del Obispo, so tal departimiento, que dixesse Missa en ella cada dia (4) algun Clerigo; que deve otrosi ser guardado, segun dize de suso.

LEY VI.—Sine conditione aut pacto est spirituale beneficium conferendum; bene tamen potest apponi beneficio vacanti per constitutionem certa conditio servitii, vel si apponatur conditio que tacite inest, vel sit spiritualis conditio, ut, si te ordinaveris; vel si patronus de consensu Episcopi, apponat conditionem, quòd in Capella quotidie celebratur. Hoc dicit.

(1) *Diere.* Adde cap. fin. *de pactis*, et cap. *quam pio*, l. 1. quæst. 2. et cap. *unic. ut eccles. benef.* ad fin. et textum cum glossa in cap. 2. *de elect.* lib. 6.

(2) *Estableciessen.* Adde cap. *significatum*, *de præbend.* à quo lex ista sumpta est.

(3) *Si te ordenares.* In spiritualibus apponi possunt pacta annexa tacite, dict. cap. *significatum*, et Bald. in rubric. *C. de usur.* colum. 1. cap. *significasti*, *de elect.*

(4) *Cada dia.* Sed nonne videtur illicita talis conditio, quia sæpe daret materiam peccandi, cum facile non contingat sacerdotem quotidie devotum existere ad celebrationem, et sic non admittitur indistincte talis conditio, ut in dict. cap. *significatum*, et ibi Abb. 5. notabil. sed limitatur, et intelligitur, ut ubi in textu, dicit, quòd quando non refertur istud onus ad eundem sacerdotem, licite apponitur talis conditio, quia si sacerdos institutus sit impeditus, poterit alius celebrare, unde servanda erit dispositio, et ita consuluit Abb. consil. 99. indicipt, *quidem condidit testamentum*, colum. 2. volum. 2. et facit ista lex cum dicit, *cada dia algun clerigo*; et sic non se refert ad quendam sacerdotem. Et quid de relicto fratribus, ut dicant Missas quotidianas, et ipsi dixerunt longo tempore, postea nolunt, an auferatur ab eis legatum? Bald. in l. *ab eo*, in fin. *C. de fideicommissis*, dicit, quòd si pro tempore futuro, l. *liberto*, §. *Lucius*, ff. *de annuis legat.* et converti debet ad eosdem usus pios officio Episcopi, non autem debet heres lucrari; et dubium faciebat secundum eum, quia

non videtur, quòd fratres possunt gravari onere non hursali, l. *plane*, la 2. §. 1. ff. *de legat.* l. 1. sed contrarium dicit esse verum, quia ob causam est relictum, l. penult. *C. de legat.* l. *Mevia*, ff. *de manum. testament.*

LEY VII.—Que los beneficios de Santa Iglesia non deuen ser dados escondidamente.

Dignidad, nin personajes, nin otros Beneficios de Santa Iglesia, non deuen ser dados escondidamente (1), porque sospecharian los omes contra aquellos a quien los diessen, o los rescibiesen, que farian alguna cosa, que non conviene de fazer. E porende si algun Beneficio diesse algun Perlado encubiertamente a algun Clerigo, si fuesse tal al que lo diessen, que le meresciesse, valdria (2) la donacion, como quier que non lo deueria assi dar. E esto se entiende, si lo diesse en tiempo que lo podria dar de derecho. Otrosi valdria la donacion del Beneficio, que Perlado diesse a algun Clerigo, maguer non estouiesse delante aquel (3) a quien lo diesse; e si el Perlado mandasse meter a alguno en la tenencia de aquel Beneficio, en lugar de aquel a quien le dio, gana de derecho el otro porende, para poderlo demandar. Mas si aquel a quien diesse el Beneficio desta manera, ouiesse dexado personero en su lugar, e metiesse aquel en tenencia, gana el otro tambien porende el señorío, como la possession. Eso mismo seria, si le embiasse su carta, en que le otorgasse por su personero. Por alguna destas maneras sobredichas, pueden los Clerigos ganar tenencia e señorío de los Beneficios, que les dieren, e non por otra ninguna; saluo si los ende diessen a ellos mismos, e los metiessen en tenencia; o si metiessen a alguno en possession en lugar de otro, non lo sabiendo, e sabiendolo el, lo touiesse por firme. E todos aquellos a quien fuessen dados los Beneficios, segun que dize en esta ley, han derecho de tomar las rentas dellos, e non las deuen otros tomar.

LEY VII.—Non debent clandestine beneficia conferri propter evitandam suspicionem; si tamen clam conferantur infra tempus debitum, valet collatio sive presentis, sive absentis: et si aliquis non habens mandatum absentis loco, possessionem adipiscetur, non per hoc acquiritur absentis proprietatis, nec possessio beneficii, nisi rati habitatione sequuta; et redditus beneficii non possunt haberi sine canonica institutione. Hoc dicit.

(1) *Escondidamente.* Concordat cum cap. *unic. §. parro*, *ut eccles. benef.* l. *ita fidei*, ff. *de iure fisci*, 18. quæst. 2. cap. *perniciosam*.

(2) *Valdria.* Licet electionis clandestine reprobentur, cap. *quia propter*, *de elect.* ad fin. non tamen collationes beneficiorum, dummodo is cui provideretur, capax sit, ut hic; et argum. l. 1. *C. de delator.* lib. 10. secundum Gofred. et secundum Hostiens. in summ. *de præbend.* §. *et qualiter*; sic obtinet consuetudo, nam et Episcopi in cameris suis, paucis presentibus, conferunt beneficia: verumtamen ex diutina occultatione, et ex quibusdam aliis circumstantiis oritur suspicio contra conferentem, ut in dict. cap. *unic. §. 1.* et sequent.

(3) *Delante aquel.* Et etiam si sit absens, ut hic habetur, et in cap. *accedens*, *de præbend.* et cap. *si tibi absenti*, eod. tit. lib. 6. et quando beneficium confertur absentis, nulla persona mediante, per talem collationem nihil queritur absentis, neque absens potest dicere, beneficium esse suum, antequam acceptet, ut in dict. cap. *si tibi absenti*, et l. *absenti*, ff. *de donation.* conferens tamen non potest retrocedere ab illa collatione, donec absens declaraverit animum suum, ut in dict. cap. *si tibi absenti*. Si verò collatio facta fuit aliqua persona mediante, quæ tamen non habebat mandatum, non acquiritur absentis, quia requiritur ejus animus l. *si ego*, et ibi nota, ff. *de negot. gest.* quousque habeat ratum, ut in dict. l. *si ego*, et adde glossam notabilem in cap. *quam sit de elect.* lib. 6. si verò persona

media habebat mandatum, aut erat generale, aut speciale; si generale, non sufficit in istis beneficiis, neque in aliis spiritualibus, secundum doctor. communiter in dict. cap. *accedens*, et ibi allegant decisionem Rotæ, unde infert Abb. quòd conjuncta persona non potest acceptare beneficium pro conjuncto, ut conjuncto statim queratur; si verò habebat talis media persona mandatum speciale ad beneficia, tunc beneficium queritur absentis, sive absens investiat per procuratorem, sive procurator nomine absentis, ut in dict. cap. *accedens*, et hic; et procedit etiam si procurator sit laicus, secundum Doctor. communiter in dict. cap. *accedens*.

LEY VIII.—Fasta quanto tiempo pueden dar los Beneficios, que ganan en Santa Iglesia.

Negligencia en latin, tanto quiere dezir en romance, como quando ome dexa de fazer lo que deve e puede (1), non parando en ello mientes. E por esta razon, son negligentes los Perlados muchas veces, en non dar los Beneficios quando vacan, fasta aquel tiempo que les otorga el derecho, en que los diessen. E este tiempo en que los suelen dar, es de seys meses (2); onde qualquier Perlado que los non diere fasta este plazo, pierde el derecho que habia de darlos, de manera que despues non los puede dar: e si acaesciesse que algun Perlado fuesse vedado, o descomulgado (3), quier por su culpa; o non, non le deuen contar en los seys meses, el tiempo que fue en la sentencia; fueras ende si el fuesse negligente, en non querer trabajarse de ganar absolucion. Otrosi acaesciendo que ouiesse de yr a la Corte de Roma por alguna premia, assi como por ganar absolucion de alguna sentencia en que yoguiesse, o porque el Papa embiasse a su Obispado, en yendo, o en estando alla, o en tornandose a su Obispado, en ninguna destas razones non contara estos seys meses, saluo de que llegare a su Obispado. Eso mismo seria, si ouiesse algun otro embargo derecho, porque non pudiesse dar el Beneficio que vacasse. Otro tal seria, si el Obispo non sospiesse (4) que vacasse el Beneficio, ca non se contarían los seys meses: mas si vacasse la Iglesia Cathedral (a), o otra en que ouiesse de fazer Perlado por elecion, si non lo eligiessen fasta tres meses (5), passa el poderio de fazer Perlado al otro primero Mayoral, assi como es dicho en el titulo (6) de los Perlados.

(a) Véase nuestra nota 2.^a a la L. 17, tit. 5 de esta Partida.

LEY VIII.—Perdit Episcopus negligens per lapsum sex mensium jus conferendi beneficium, nisi fuerit impeditus; electio verò Prælati infra tres menses fieri debet, aliàs devolvitur ad superiorem. Hoc dicit.

(1) *Lo que deve, e puede.* Nota hanc diffinitionem negligentia, unde negligentia æquiparatur voluntati, vide in cap. fin. 11. quæst. 3. et negligentia quæ non potest velari, dicitur lata culpa, et quæ velari potest, minor culpa, Bald. in l. 2. *C. arbitrium tutelæ*.

(2) *Seys meses.* Concordat cap. 2. *de concess. præbend.*

(3) *Vedado, o descomulgado.* Concordat cap. *quia diversitatem*, *de concess. præbend.*

(4) *Non sospiesse.* Adde dict. cap. *quia diversitatem*, in fin. et in cap. *licet*, *de supplend. neglig. Prælat.* ad probationem tamen scientiæ sufficeret, quòd vacatio esset nota in loco, ut in Clement. 1. in fin. *de concess. præbend.* Anton. in dict. cap. *licet*. in 1. opin. et non creditur Episcopo dicenti, se non contulisse beneficium infra tempora Lateranensis Concilii, de quo in dict. cap. 2. quia ignoravit; nam cum ex officio teneatur visitare ecclesias, præsumitur, quòd scriret, secundum Lapum allegation. 51. colum. 6a. vers. *ad tertium*, Decius consil. 133. in fin.

(5) *Tres meses.* Adde cap. *ne pro defectu*, *de elect.*

(6) *En el titulo.* Vide supra ead. Partit. tit. 5. l. 17.

T. II.

LEY IX.—De los Perlados que non dan los Beneficios, quando vacan, fasta seys meses, quien ha poder de los dar.

Trasmudase el poder de dar los Beneficios, quando vacan, de vnos a otros, por negligencia de aquellos que auian el poder de lo fazer, si los non dan fasta el tiempo que les otorga el derecho, en que los diessen, segund dice en la ley ante desta. Onde si el Perlado que ha poder de dar el solo algunos Beneficios, si los non diere fasta seys meses, passa el poderio al Cabildo. Otro tal seria, auiendo el Cabildo poder por si tan solamente, para poderlos dar, ca si no los diesse fasta el plazo sobredicho, passaria el poderio a su Perlado: e si el Perlado, e el Cabildo lo ouiesse en vno a dar, e non lo diessen fasta el plazo sobredicho passado, passaria el poder al otro Mayoral (1) primero, que ouiesse. Pero si el Obispo, o el otro Perlado estouiere en su Cabildo, quando ouiere a dar algunos Beneficios, e fuere y para esto fazer, non como Perlado, mas como vno de los otros Canonigos; si todos en vno non lo dieran fasta aquel plazo de los seys meses, passa el poder aquella vez al Perlado (2), e pierdelo el Cabildo. E esto se entiende, si el Perlado non fiziere engaño alongandolo de manera, que los non den ante del plazo, porque passe el poder a el de los dar. Mas si el Obispo que ouiesse poder de dar los Beneficios sin su Cabildo, segun que dicho es, muriesse ante que los diesse, non passa el poder al Cabildo para darlos; ca mientras que la Iglesia vaca non pueden dar los Beneficios (3), nin fazer otra cosa de nuevo, que sea enajenamiento de la Iglesia, fasta que ayan Perlado.

LEY IX.—Si collatio beneficii spectat ad solum Episcopum, eo negligente couertere per sex menses, collatio devolvitur ad Capitulum; et si spectet ad Capitulum solum, eo negligente, devolvitur ad Episcopum. Si verò collatio pertinet ad ntrumque, devolvitur tunc ad proximum superiorem; nisi in collatione Episcopus, non ut Prælat, sed ut canonicus, adesset, quia tunc ex negligentia Capituli devolvitur ad Episcopum. Item ad Capitulum Sede vacante non transit potestas conferendi beneficia. Hoc dicit.

(1) *Mayoral.* Et si Metropolitanus, vel alii superiores negligent, ultimo loco devolvitur ad Papam. ut in cap. *cum accessissent*, et ibi Abb. 1. notabil. *de constit.* et generaliter, ad quem fiat devolutio in collationibus beneficiorum, vide notabiliter per Abb. in cap. *cum in cunctis*, §. *inferiora*, *de elect.* et quòd dicit in cap. *bonæ*, in fin. eod. tit. et ubi non est certus numerus canonicorum, seu distinctæ præbendæ, non fit devolutio potestatis ad superiorem negligentia non conferentis, vide Abb. post Gloss. in cap. *cum ecclesia*, colum. 2. *de elect.* ubi hoc notabiliter limitat: et an superior ad quem devolvitur collatio, debeat eligere secundum illas qualitates, secundum quas primi electores, vel collatores debebant providere? Vide Abb. in cap. *ne pro defectu*, colum. 2. *de elect.* et Roch. in tract. *de jure patronat.* in verbo *honorificum*, quæst. 32. bonus textus in Clement. *unic.* in vers. *illa debet*, *de sepl. neglig. Prælat.* et vide per Felin. in cap. *cum accessissent*, colum. 7. cum seq. *de constit.* ubi pulchrè declarat et limitat. Et si ad Prælatum pertinet collatio jure devoluta, eo negligente, non devolvitur potestas ad solum Capitulum, sed ad superiorem, Abb. in dict. cap. *ne pro defectu*, col. fin. et an potestas conferendi, quæ competit propter negligentiam patroni non presentatis, devolvatur ad Episcopum, vel ad inferiorem Prælatum, qui deberet ad presentationem instituere, glossa singularis in dicta Clement. *unic.* in verbo *dispositionem*, concludit quòd devolvitur ad eum, qui debebat instituere. Alii tulerunt aliter, et fuerunt super hoc opiniones, ita quòd hæc quæstio reputatur difficillima, ut tradit Roch. in dicto verbo *honorificum*, quæst. 33. sed quòd dictum est, tenetur communius secundum eum, et in consilendo et iudicando ab hoc non est recedendum; et si collatio beneficii pertineat simul